



# **Academia Peccatorvm. Seu Conciones De Tota Parabola Prodigi Euangelici**

Quae Insolentia Peccatorvm Sev De Lvxv et Libidinibus Prodigi

**Bosquier, Philippe**

**Moguntiae ; Coloniae, 1614**

[Concio] X. 1. Quæstio fusè agitur, An hoc vel illud à Deo petere liceat?  
2. an bona te[m]poralia postulari possint? 3. num consultum parentib[us]  
distribuere facultates suas liberis ante mortem?

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55916)

scientia; pudenda curiositas ista: studijs operamur, non ut iciamur & videamur, stulta foret litteris incumbamus, non ut venum exportemus; quod esset quæstus sordidus; in scientijs operamur ut ædificemus & nos, & proximum; id est, inquit S. Bernardus in cantica. Ea est portio que contingit; id contingens nostrum; istud est rephasi Christiani, Doctoris Evangelici est. In canticis dixerimus; *Da mihi portionem substantiæ quæ contingit.* Ite in pace.

## CONCIO DECIMA.

*Vulgata.* 2. 12. Et diuisit illis substantiam.

*Græca.* 2. 12. Καὶ διέδωκεν αὐτοῖς τὸν βίον.

*Syriaca.* 2. 12. Diuisit itaque eis possessionem suam.

## ARGVMENTVM.

1. Quæsi. sus è agitur, An hoc vel illud a Deo terere liceat? 2. An bona temporalia postulari possint. Num consultum parentibus distribuere suas libris ante mortem?

1. Satis otij per nos nactus est senex prodigijs mature consulere super impudenti postulant filij, an cõcedatur, an verò denegaturus sit per dies obseruemus sedulè ut se habebit; spectemus tam munificentiam, potius prodigalitatè, diuisio animo prompto & alacri omnes suas facultates ipsarum dimidiu ei tribuentis. Inquiramus, an bene feramus discursum vtilem parentibus super materiarum indulgentia, & supina negligetia in instructione posterorum. Dein, excutiamus quid denotet illa portio substantiæ; an benè Deus hominem creatorum, pro substantia assignando liberum arbitrium

Propositio dicendorum in posterum.

potens malum vel bonum operari, nemine cogente?  
An Prælatos Ecclesiasticos, & Principes Catholicos  
concedere hæreticis libertatem (quam vocant) tam au-  
uide ab ipsis expetitam, & consultum?

Alit sentio scrupulum, qui ad instar lapilli in cal-  
ceis viatoris, iter mihi abrumpit, nec in eum terminũ  
progredi sinit, nimirum; dubitari potest super articu-  
lo superiori, *Da mihi portionem substantiæ qua me con-  
tingit*; quem etiam de opibus expoluimus. An liceat  
petere a Deo absolutè opes temporales, aut aliud quid  
simile? Qua educta glærea, aut trica, itineris reliquum  
percuttemus facile. Quia verò scrutari opera Dei ar-  
duum; prout decreui humiliter, quærendo, an Deus  
benè nos libero arbitrio donet; atque mollis, delica-  
ta, molesta est hoc seculo, materia libertatis, quam to-  
tis votis expetunt hæretici, imploremus præsidium &  
opem sancti Spiritus per intercessionem sacratissimæ  
Virginis Mariæ.

AVE MARIA.

An liceat à Deo quaerere quæ dicimus bona tem-  
poralia vt resoluamus, Auditores, haud abs te fuerit  
paullò altius scandere, ad thæsem vsque & quæstio-  
nem generalem, quæ talis est: An à Deo postulare de-  
terminando, denominando istud vel illud in parti-  
culari, sic licitum? Hoc ipsum dubium adfert etiã do-  
ctissimus S. Thomas Aquinas. Videtur autem prima  
fronte quod non, ratione ignorantia & cæcitatibus quæ  
in nobis est magnæ, per quam fit frequenter vt igno-  
temus quid nobis sit utile.

*D Thomæ  
2.2 q. 83.  
art. 5. Vñ  
de eundè  
l. 4. dist.*

Plato lib. 6. qui est Alcibiades 2. vel de voto. Magnum  
illud oraculum terrenum sapientiæ humanæ Socra-  
tes, quodã libro Philosophi Platonis, desudat vt per-  
suadeat suo Alcibiadi vota & preces facturo, nihil di-  
stinctè & expressè à Deo petendũ, sed solum in genere  
inuocandum, vt prospera tribuat. Rationè assignat So-  
crates, quod ignoremus quidnã bonũ sit, & quod quis  
frequenter seipsum fallens magna petit mala credens bo-  
na se petere. Legistis etiã ex S. Paulo, Rom. 8. *Nam quia  
volumus sicut oportet nescimus.* Quare idè Socrates mire  
extollit prudentiã Poetæ cuiusdã, qui cũ amicos cer-

*15. q. 4. q. 4.  
4. Et o-  
pusc. 3.  
cap. 14. q. 1.*

neret imprudenter sibi petere noxia, rati ut  
 vtilia, oravit ex persona omnium hoc modo: *Impet  
 optima quidem nobis & vovetibus & non voventibus  
 mala aut poscentibus quoque abesse iube.* Perpulchri  
 ces Ethnici & Poeta subdantis sese prouidentem  
 prudentiam diuinam. Recte, ait Socrates, & caeteri  
 Poeta mihi videtur; orans tamen pro consulenti  
 prudentibus. Celebrat quoque Socrates ibidem  
 daemones, qui aut hunc Poetam imitati, aut  
 ipsos perspicaces eandem tenent methodum  
 tum publicis tum priuatis, rogantes solum  
 sibi caelitus mitti bona & honesta *Orant Deos  
 cum bonis sibi tribuere, nec plura illos precari quae  
 ter.*

*Da bona, siue petere Deos seu nulla petere,*

*Et procul a nobis mala quaeque petentibus auertere,*

*Et mala siue petere nega, seu nulla petere.*

*Vide Valer. Max.  
 l. 7. c. 2.*

Addit, quod rogatus Ammo idolum, cur Atheniensibus, superiores essent in bello Lacedaemonijs, cum illi excederent numero, opibus, sacrificiorum & religione Lacedaemonios; respondit solum, sumptuosam clamorationem & orationem eorum sibi plus plenitudine lenitate sacrificiorum caeterorum Graecorum.

*Multi petunt noxia, rati se petere bona.*

Seneca l. 2. de beneficijs c. 14 *Sunt quaedam homines impetrantibus, quae non dare sed negare beneficium volunt. Quamuis ista sit iniquitas, ut vtilitatem potius quam voluntatem petentium. Quantum malum postularit Oedipus, Socrates, orans Deos de regno litem a filiis tentantibus, inquit, ambientes regna, quae a Deo tenta ipsis sunt exitio & pernicio: ut Archelaudonum Tyrannus, quaerens delicias Imperiales imitur ab eisdem ambiente: & hic potius paucis, rediens perijt miserè petitus ex insidijs.*

*Plato in Alcibiade.*

*Titus Liv. Deca. 1. l. 1.* Exuberat ab eiusmodi exemplis historia Romana. Quid aliud cernas aut qua Tribunos & Chiliarchas aut morti adiudicatos aut in exilium pulsos, propter magistratum affectum quasi bonum; Alios, partis insignibus victorijs caeteris laecessitos, tam per ciues quam gregarios; vult

expetant magis privatam domi duxisse vitam, quam honoribus & magistratu vsos.

An forte id ipsum intendunt Poetæ, dum referunt vota imprudentis Phærontis, obsecrantis parentem Phœbum in perniciem suam, rati tamen multam gratiam, sibi licere tenere clauum, & regere temonem curtus paterni? Non referam coram vobis, qui huiusmodi Mythiologias ad vnguem tenetis. *Est datum Eccl. 20. quod non est utile.*

*Ouid. l. 1. Metam.*

3. Reg 19. Probat Regum historia, narrans Zamri caso Helam Rege Israel regnum vsurpasse, ast septem regnasse diebus. vt enim in prælio se ab hostibus vndique septum vidit; urbem quoque ab hostibus captam, regiam ingressus spontaneo igne se suosque absumpsit. Ambijisse & quæsijsse regnum ceu rem optimam, nonne ipsi exitio fuit?

Mat. 20. Meministis quæ Christus diceret cognatis geminis ambientibus sedes collaterales in regno eius, interuentu matris insipientis, *Nescitis quid petatis?* Notate sedulo illud, *Nescitis*, sit enim plerumq; vt nesciamus quid petamus. Quædam preces nostræ non tam preces sunt quam imprecationes, execrationes, & quod Græci dicunt ἀπαί, Latini *Diræ*, versus pessimis votis, iniurijs ducentibus in desperatione, desiderijs malorum; quales fuerunt Archylochi in Lycambem focerum; & Ouidij in Ibin. Etenim crebro arbitrati nos petere precationibus nostris bona, cupimus perniciosissima. *Nescimus quid oremus sicut oportet. Nescitis quid petatis.* Ac de quodam dicitur: *Oratio eius fuit in peccatum.*

*Rom. 8. Matt. 20. Psal. 108.*

5. Paulus tertio rogans Dominum tolli sibi Angelum Sathanæ stimulum carnis, quo sine intermissione colaphizabatur, sciebat quid peteret? An perniciem sibi forte quærebat, quis nouit? An liberatus in arrogantiam & tumorem non incidisset? vt enim in humilitate staret, datus erat illi stimulus ille quasi fulcrum. *Ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis mea angelus Sathana qui me colaphizat.*

1. Regum 8. Non videtur vobis Israelitica genuens humanum Imperium sub Samuele, & filio ludicibus, sed cupiens experiri pondus sceptri regis deoque petens à Samuele, *Constitu nobis Regem* dicit nos sicut & uniuersæ habent nationes, ita constituisse postulationem; maximè cum Deus vice Regum tyrannides proposuisset, *Clamabit illa à facie Regis vestri*, id est, propter iniurias afficiet vos Rex vester, quem elegistis vobis, *Et nunc dicit vos Dominus in die illa, quia perisus es regem?*

*Æsopus apologo 19 pag 103. editionis Plantæ* quæ plerumque proueniunt ex insulis nostris, lationibus scitè depinxit doctus iuxta ac faceret *Æsopus, qui miscuit vile dulci*, scribens, ranarum pulum, liberum, & neminis parentem imperio. Jouem sibi denominari Regem; initio risisse, tandem importunis precibus victum concessisse, peris demississe trabem ingentis molis, quæ posito lapsa flauium concussit vsque ad ima: tanas trepidasse, Regem nouum summo applausu notificè salutasse; paulatim propius accessisse, & omni pulso metu, salis se sus deq; hinc illinc tali Rege denuò instituisse apud Jouem pro bellis magnanimi: Iouem eis assignasse ciconiam: strenuum nouum Regem incessu graui & obambulasse loca palustria, quot obuias habundeligurijsse ranas; tanas deposuisse querelam, & num deponere rauca sua coaxatione, aut frustra enim iugum subire Tyranni, quæ reuerentiam rium clementis & humani Regis, petito streper feroci. *Fabulæ sunt, inquietis, quis dubitet? Sed dentem dicere verum quis vetat?* Ludens & iocans videtur doctus seruus Æsopus pulchè monitorem quam perniciosum sit à DEO quid petere dicitur?

*Quid. l. II. Metam.* Ingeniosus ille Vates in fatis cellancis antiquitatum mysticarum, narra-

Horat. in arte.

dam Phrygiorum Tyrannum, supplicasse Apollinem, cui iura hospitalitatis comiter exhibuerat, ut quicquid attingeret (o avarum & famelicum auri animum!) ilico in aurum mutaretur;

*ait, effice quicquid*

*Corpore contigero fulvum vertatur in aurum.*

ac postulatis potiturum, si virentem contingeret arundinem ocus in aurum conuertam; si lapidem à terra atolleret, saxum quoque palluit auro. si glebam calcaret, auri massa fiebat; si spicas ad messem albicantes manibus premeret, auro splendebant; si malum carperet, autem erat; si manus ablueret, aurum fiebat lymphæ, si stercata mensa panem, gallinaginem, perdicem contrectaret, patris, gallinaginis, perdis aurum optimum erant; merum in ore, ad instar riuuli aurei bullientis erat: adeo ut tandem percipiens nulla re posse expleri famem, & restinguere sitim, cupierit ineptæ petitioni renuntiare, & horrere cepit, quod ardentem & auidè postularat. *Effugere cepit opes, & qua modo vauerat, odit.* Acce ingentium, quodcumque illud fuerit ante Ovidium hac narratione non instruit nos nihil à Deo petendum in specie, quod nesciamus quid petamus?

Non recensēbo ut decrepiram anum pæniterit orasse Deum tolli è medio Tyrannos, dum videret postmodum successorum tyrannidem exerescere in atrocitatem; ut iure diceret: *Pater tuus cecidit nos virgis, tu autem cadis nos scorpionibus.*

Atat, non videtis ut magnus ille fidei protector Ferdinandus Dux Albanensis desideretur nunc, & forte ab ijs, qui Deum rogant tolli sibi & dixerunt; *Nolumus hunc regnare super nos?*

Ego verò arbitri plurimos rogare Deum, quomodo ægri medicos, ut sibi propinent merum generosum, cum potius habeant opus vnda & cremore hordei; ut præbeant alium prouocantes; quibus restringentes potiones sunt necessariae. Perit ab Hippocrate, à Galeo, à petitis medicis tale quid sibi pot-

R 4 rigi,

*Videl 9:  
Mythol.  
N. Comit-  
tu c. 15. in  
fine.*

*De Dia-  
nyf. &  
Syracusa-  
na decre-  
pita nar-  
rat Epi-  
char.  
3. Reg. 12.*

rigi, docentes cum sue Mineruam; volentes in-  
peritos artis, quam ipsi ignorant.

Cumque tanta sit ignorantia nostra ut nesciamus  
quid nobis sit bonum & proficuum; rursus Deum  
bene nouerit; non videtur prima fronte indecentum  
illud hoc aut istud à Deo determinatè?

Seneca lib. 2. de benefic. cap. 14. *Exorantium  
petentium rogantium seua bonitas est.*

Deinde, præter hanc primam rationem, vortem  
re speciali non videtur impudenter vertere & hanc  
velle Dei voluntatem ad nostram; Deo leges dantur  
è contra, sit cogenda voluntas nostra, ut ipsius  
tur, prout exemplo suo nos docuit Christus in  
agonia factus, *Verumtamen non sicut ego volo, sed  
tu?* Et monuit sic orare Patrem *Fiat voluntas tua  
minimis versus Dauidici; Diabolus stet à dextris eius  
oratio eius fiat in peccatum?* Nunquid Diabolica  
tio, nec peccato vacua foret? *Equumne ut  
Deus. Quid tibi vis faciam?* An non potius, ut dicitur  
*Domine, quid me vis facere?* Si discusseritis ista  
vosiplos, non concludetis idè nihil distinctè  
petendum, sed cuncta in genere, quæ animis  
bona sunt nobis, quod à suo Alcibiade volebat  
crates? Ita statuetis in animis vestris, hanc  
bito.

Valer. l. 7. c. 2. *Desine igitur futuris malorum  
causis quasi felicissimis rebus inhiare, teq; totum  
arbitrio permitte. Quia qui tribuere bona ex facili  
etiam eligere aptissima possunt.*

Porrò, nec omninò malè, nec prorsus bene  
Socrates. Notabitur itaque mecum triplicis generis  
res. Primi sunt penitus malæ, ut vitia, peccata, im-  
pudicæ vindictæ, homicidia, adulteria &c. Secundi  
ra bonæ, quibus perperâ uti non datur, & quantum  
uentus semper est bonus, ut est beatitudo æterna;  
sunt media ad eam faciendâ, gratia gratum faciens, quæ  
dicunt, virtutes, quibus nemo malè uti potest. Terti-  
nulla ei, in quo sit, exitium affert; ut animus iusta pas-  
tudine peccatorum suorum mergens, mens casta, bo-

*Arist. l. 3.  
de Repub.  
c. 7.*

propositum; alia similia honesta, & ad salutem necessaria, quicquid nobis præceptum est habere; in super, quicquid continetur ambitu orationis dominicæ: *Miranda nimirum dona, dignaq; que tribuantur à Dijs,* dicit Maximus Tyrus ser. 30. *Potissimi sunt, quæ Grecis dicuntur adiaphora nobis indifferentes;* possuntq; bene vel malè succedere; & quibus bene vel malè uti possumus; ut sunt opes, honores, regna, fœdera, sanitas, remissio tentationum, & alia talia plurima, quorum exitus bonus, malusvè esse potest.

Quantum ad penitus malas, norunt vniuersi nullatenus expetendas.

Xenophon lib. 1. de Cyri pædia: *Qui optant illicita, consentaneum est hos a quæ à dijs optata non consequi, atque ab hominibus non adipisci, quæ illegitima rogant.* Plaut in Amphit. in prol. *Nam iniusta à iustis impetrari non decet: iusta autem ab iniustis petere, insipientia est.* Seneca, ep. 10. ad Lucill. in fine. *Sic loquere cum Deo, tanquam homines audiant.*

Eas, quæ natura omninò bonæ sunt, & quarum non nisi bonus potest esse vsus; item eas quas tenemur habere, nec non quas in se claudit oratio dominica, absolute & distinctè petere licet: ita enim Sanctis vsu esse constat. Nonne canimus quotidie sine appendice & restrictione, *Miserere mei Deus, secundum magnam misericordiam tuam. Laua me ab iniquitate mea, Auerte faciem tuam à peccatis meis Cor mundum crea in me Deus. Ne proyicias me à facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas à me.* Et alibi: *Deduc me in semitam mandatorum tuorum?* Nonne ibi postulationes rerum determinatarum, absque limitatione, seu conditione vlla? Nonne petit Salomon à Deo sapientiam, sine appendicis adiectione? Audite: *Da mihi sedium tuarum assidricem sapientiam, & noli me reprobare à puris tuis.* Quare? Nisi quod istiusmodi res natura sunt salutare, nec malum fortiri possunt euentum?

Quantum ad indifferentes siue adiaphoras, non sunt absolute postulandæ: potest insinuari necessitas, & desiderium obtinendi eas, sed adiectis his aut simi-

libus cōditionibus: Si ita Deo videbitur, si ad hanc animę faciat, appeto tale connubium, opto salutem ab agitudine &c. Quis enim nouit, an ea sit Deo salutis, aut si salutaris mihi sit?

Matth. 26. *Pater mi si possibile est.* (ordinarię potestate, quā vis quicquid potes) *transfert a me istę.* Quapropter qui dixit *Orandum est ut sit mens sana in corpore sano*, ad medietatem sapuit; nam quod est perire mentē sanam; sed quod semper in corpore sano sedem figat, non omnibus idē. Quod si quis huius sinum restituere velis, addenda est hęc restrictio: si ita Deo videbitur; & si sanitas, dispositio corporis bona, non ob sit sanitati nęcis. Horat. pist. ep. ad Albium: *Quid voueat dulci nutrimenta alumno, Quam sapere?*

Quod ad Socratem, & eos quos celebrat attendat a Deo postulanda nimirum bona, exprobando ea distinctē & sine conditione, optimē. Si res sit non peti adiphora, addita quam diximus, non dicit Socraticę, id est, sapienter & verē, que cū D. Thoma & alijs, ante me, & mecum, rogando enim ut diximus, aut nobis bona sunt, minus non rogamus.

Ad hoc quod dicitur non flectendam Dei voluntatem ad normam votorum nostrorū; sed potestatem ad normam placitū diuino substernendum, ita de deo sequitur nihil omnino rogandum a Deo, tunc diximus modo: petendo enim salutaria, non dimus arbitrio diuino; qui nil aliud quā salutē optat. *vult omnes homines saluos fieri:* atque in indifferentia cum adiectione appendicis supra, nil aliud volumus, quam quod Deus vult. Mart. Tyrius ser. 30. respondet Deus: *Si bona boni capere.*

Ex his colligimus, substantiam terrenā & corporales indifferentes, bonis, ad iumenta virtutum. S. Ambrosius, *impedimenta reprobis, irritamenta iustorum,* posse postulari a Deo, dicendo: *Da mihi parua substantia, qua me cōtingit, quę me decet, quę mihi*

1. Tim. 2.

penit, si ð Domine, ita dignabitur summa bonitas tuas  
& salutem animæ meæ conducatur; si mihi instrumento  
esse qui uenit & medio, acquirendæ vitæ æternæ

D Thomas 2. 2. q. 83. art. 6. in corpore. *Ex quo non  
petimus temporalia tanquam principaliter quæsitæ sed in  
ordine ad aliud, eo ordine a Deo petimus ipsa ut nobis con-  
cedantur secundum quod expediunt ad salutem.*

Item in conclus. eiusdem art. *Quanquam non prin-  
cipaliter secundario tamen. Et quasi organicè licet orando  
temporalia petere, sicut & eadem desiderare licet. Sunt  
adiumenta & organa multarum virtutum opes; tolle,  
quis redimat captiuos; operiat nudos; esurientes reficiat;  
inopes uirgines (quomodo S. Nicolaus) honesto  
matrimonio colloquet; claustra edificet. lis sublati, de  
sine ista, haud secus ac sine equo non equitatur; sine  
stramine non texitur, sine acu non consuitur, sine cibo  
non editur, sine liquore non potatur. Sunt opes ad in-  
star instrumentorum sexcentarum actionum virtutis.*

Aristoteles 1. Ethic. cap. 8. *Fieri non potest, ut non  
facile sit, ut cui necessaria non suppetunt, is bona atque  
honestæ agat. Multa etenim & per amicos, & diuiti-  
as & ciuilem potentiam, quasi per instrumenta quadam  
aguntur.*

Potest quærere sufficientiam, nec amplius, ad  
sanitatem corporis, ad decentiam vestitus pro quali-  
tate personarum, ad ciuilitatem seruandam coram ei-  
s, quibus conuiuendum est.

D Aug tomo 2. epi. 121. ad Probam de orando De-  
um cap. 6. circa med. *Sufficientiam uitæ non indecenter  
uult, quisquis eam uult, & non amplius, quæ quidem nõ  
appetit propter seipsam, sed propter salutem corporis, &  
congruentem habitum personæ hominis ut non inconueni-  
ens eis cum quibus uiuendum est. Ita ergo cum habentur  
ut teneantur, cum non habentur, ut habeantur, oran-  
dum est.*

Nonne hoc ipsum monet petere Christus hoc  
articulo, *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie?*  
Matt. 6.

Meministis Salomonem quoque, à Deo rogasse, *Victimi* *Prov. 30.*

meo tribus necessaria, Deumque maximopere laudare  
 eiusmodi votum? Non vereamini supplicare & pro  
 bona temporalia à Deo, supposita restrictione peti-  
 ta; nolite timere, intrepidè & sine scrupulo Deum  
 cedentes in inopia vestra, dicite: *ὁὸς μοι ἰὸ ἐπιπέμειν*  
 ἡμῶν ἰὸ ἐπιπέμειν Pater, *Christe Iesu, da mihi portionem*  
*aria que me contingit, Quæ* conducit ad sanitatem  
 poris, ad decentiam conditionis, si ita tibi videri  
 expedit salutem animæ meæ. *Quæ* so, ne vnquam  
 lute protuleritis: Adauge Domine, opes; aut  
 largire, quantas hic vel iste possidet; honores pro-  
 ue; fac me in seculo potentem, celebrem, admi-  
 lem; aut quid simile, mera concupiscentia mala  
 verò desiderio studendi hominibus pro Deo: *Quæ*  
 nim ista fieret in peccatum.

D. Aug. tom. 2. epist. 121. ad Probam, cap. 12. *Quæ*  
*tem dicit in oratione, verbi gratia, Domine, munda*  
*diuitias meas, aut da mihi tãtas quãtas illi vel illi*  
*sti, aut honores meos auge, aut fac me in seculo pro-*  
*tem atque clarentem, vel si quid huiusmodi est. Et*  
*ait eorum habens concupiscentiam, non id attendit*  
*ex his secundum Deum pro sit hominibus; non potest*  
*inuenire in oratione dominica, quo possit hac vota*  
*tare* Ecce glareã, qua mihi abripiebatur pro  
 quasi sublatam & comminutam; nunc expedita  
 bus pergamus discutere concessionem patris, & res-  
 sum ad libellum filij prodigi; videamus an benedi-  
 buerit, vti promissimus.

3. Eia, pater, ad te reuenio: nuper obtinueras  
 deliberandi super libello tam graui & momento  
 Deliberandum est diu, quod faciendum semel: non  
 sti mente, vngues deglabrans suffixus caput, res-  
 sum quod es facturus? Edisserat vnico verbo En-  
 lista propositum & consilium probitatis tuæ. *Quæ*  
*fit illis substantiam suam. Optimus ille, in fit S. L.*  
 etsi nulla lege teneretur proprietariam hereditate  
 soluere; reconditis in thesauros, sese exuere; attan-  
 ne mœrore afficiat insipientem hunc adolecentem  
 vellicantem sibi aures iugi sua infantia & flagrantem

ne, præstitit quod parentes alij plurimi abnuerent; abijt ditionibus suis *Aureliano & Argentorato*; diuisit illi *substantiam suam*; cuique quod suum erat, partem suam virilem, (vt loquuntur iurisperiti) assignans: Si- quidem secundum leges portio virilis dicitur, quando hæreditas filijs æqualiter diuiditur.

Quid. 2. de Ponto: *Gaudia Casarea mentis pro parte virili*

*Sunt mea, priuati nil habet ista domus.*

Ita sentiunt nonnulli Doctores præci & recentio- res.

S. Ioannes Chrysofomus tomo 2. hom. de hac re, in- titio: *Innuere videtur datam seniori ex dimidio paterna substantia portionem.*

Chyrollog. ser. 4. de Prodigio: *Tunc cum frater iunior auri sibi substantia peteret portionem, pater amobus mox fratribus totum diuisit.*

Thomas de Trugillo in suo Thesi serm. de prodi- go: *Petente vno, amobus diuisit, vt scirent filij quod an- te tenebat non fuisse auaritia, sed amoris.*

Diuisit illis omnia bona sua, tam quæ à maioribus hæreditario iure acceperat, quam quæ labore & indu- stria acqviserat; tam quæ ipsi ex dote vxoris accesser- ant, mobilia, & immobilia, quam quæ alio quouis iure possidebat, ceu pater æquus, æquæ diligens quos æquæ genuerat, alterum non abdicans; nulla discor- diæ inter ipsos iaciens femina, pares fecit. Quid sentitis Auditores, de sene isto; ipsi est iacta alea; sed an prudẽ- ter? *Quale sit queritur.* Sapienter quis pater hunc imi- taretur: Dicerent nonnulli æquum (si modò pruden- tes & consulti sint liberi, & parentibus supersint ne- cessaria ad victum & vestitum pro decentia conditio- nis) & consultum, vt penes liberos esset administra- tio & vsus patris bonorum, aut vt inuitentur quandoque consanguinei, aut vt excipiantur comiter exteri, & ad alia tum vtilia tum honesta. Exinde, resul- tarent tria bona, duo prolibus, tertium & optimum potentibus. Primum, incrementa capesseret amor in parentes filiorum, qui illis administrationem familiae

*Vide Scep.  
Gmaxii  
l. 3. de mu-  
tua & co-  
nili conuer-  
satione.*

pede.

pedetentim excutientibus, in locum suffecti gaudent; & amplius se teneri pro eorum incolumitate salute, pro diuturniori vita vota persolvere arbitur; ea non obstante quo minus summa rei, & libertas ad se deveniret, alioqui frequenter euenit, quod

Ouid. l. 1.  
metam.

11.

*Filius ante diem patrios inquiri in annos.*  
Deinde, consultum esset prolibus: namque concedentibus parentibus, non haberent necesse mendicare tutores & actores dispensandis rebus, ceu animalia ferocia, necdum cicura; longiorum usum, cuncta ipsis explorata essent; imbuens ad hoc oculo, disciplina, providentia parentis, pro nomie susceptio non ipsis esset noua & anxiosa, priores & alacres fierent longo experimento, funera patris; omnem hebetudinem animi & tatem pellerent maturè.

Denique, parentibus accederet maxima velox & animi tranquillitas, creptis à fluctibus sæuitæ, & cõtatione rei domesticæ; solutis à cõtrectatione tantarum spinarum; cernentibus senectutis suæ balnea, cra promptos & expeditos dispensandis feliciter domesticis, uti & ipsi suo tempore. Hinc miris modis extollunt nonnulli Ptolomæum filium Læpæ quodam Tribunum sub Alexandro Rege Aegypti uiuens & sospes, regnum Philadelpho nato celsè dicens, nihil sibi beatius accidere posse, quam Regni nitorem esse. Similiter, mirum in modum ad ammiramiam sempiternam inuicti simi Cæsaris Caroli Quinti semper Augusti; Augusti signanter contempniti perij & Regnorum, qui annos quadraginta nouerunt, filium Philippum suffecit Regem Hispaniarum & totius Belgij Dominum; & septem mensibus fata, Imperium fratri concessit. Id ipsum videtur seruasse Dauid, de quo in Paralipomeno: *Dauid & plenus dierum, Regem constituit Salomonem suum super Israel.*

Ioã. Mol.  
militia sa  
cro ca. 74.

2. PAR. 23.

Quo si parentes nõ cedat bonis, sed ad extrema vitam spiritu possideant manu armata & forti, ea ambiunt liberi, sed & insidiatur, obsidet, obsecrat cultates patrias, quas sibi vindicare contendunt.

suas, & aliquando sibi debitas; peroptantque parentū  
 mortē. Deinde ubi fato cesserint genitores, accēptā du-  
 tunt hāreditatē nō parentibus, sed morti, per quam  
 inferuntur hāredes: videtur iphs parentes vixisse de  
 morte porcorū (salua vestra Reuerētia dixerō) inutiles  
 fuisse vt porci, a quibus nec lac, nec lana prodijt vn-  
 quā; obijisse vt porci, pascēdo borellis proles, vnaqua-  
 que prādam cōsequente in morte eorū. Hāc ratione  
 persuasi Reges complures, sceptrā, & diademata ab-  
 iecerūt suffectis ad ea filijs, vt Cosdroas Rex Persarū,  
 qui Medasem filium substituit in Imperio; similiter *In histor.*  
 Sennacherib, & alij plurimi, de quibus tā sacra, quam *exaltatio*  
 prophana historia. Quot Antistites sacri & Abbates, *nu. 8. Cui-*  
 sibi delegerunt optiones (coadiutores vocant?) *cis.*  
 hūc eundū ordinē sequutus est Pater cęlestis, misso  
 vnico filio suo Iesu Christo seruatore nostro in hęc in-  
 feriora cum potestatis plenitudine, in cęlo & in terra; cui  
 potestatem dedit iudicandi, & absoluēdi; procedendi  
 pro arbitrio aduersum impios Nunquam legistis,

Matth. 28 *Data est mihi omnis potestas in cęlo & in*  
*terra,*

Matth. 11. Luca 4 *Omnia mihi tradita sunt à Patre*  
*meo.*

Joan. 5 *Pater non iudicat quemquam sed omne iudici-*  
*um dedit filio?*

Optionem & cooperatorem insuper se prędicat.

Ibidem: *Pater meus vsque modo operatur, & ego o-*  
*peror.*

Ibidem: *Sicut Pater suscitāt mortuos & viuificat; sic*  
*& filius quos vult viuificat.*

Ad horum noimam prudenter fortē annosus parēs  
 se habuit: verum audio scripturam factā seculis longē  
 sonantem: aurem poseit placidam, attendam ūe.

Ecccl. 33. *Aud te me Magnati & omnes populi, & re-*  
*tores Ecclesia auribus percipite: Filio & mulieri fratri &*  
*amico non des potestatem super te in vita tua, & non*  
*dederis alij possessionem tuam; ne forte pœniteat te & de-*  
*precetur pro illis [ alius interpres; Ne pœnitentia du-*  
*sum supplex eadem reperas ] Dum adhuc supres &*  
*aspi*

*aspiras, non immutabit te omnis caro.* (alius locum  
*Non immutabis te ipsum omni carni.) Melius est enim  
 filij tui te rogent, quam te respicere in manus filiorum  
 orum. Quantum oraculum ad institutum nobis  
 Non percipitis populi sententiam concinere ore  
 diuino, non esse nimirum collocandum ad  
 quod manibus tenetur? Nunquid non hoc loco  
 populi vox Dei? Deus siquidem & populus in hoc  
 chre concurrunt.*

*Erasmus adag. Chiliaad. 3. centur. 9. adag. 38.* Ge  
 fortè huius oraculi, diuini & humani voce imbu  
 David Episcopus Traiectensis, vir quæ pietate,  
 doctrina & prudentia insignis, Burgundio cum  
 Philippi filius, suadentibus, ut sibi opem ferret  
 per Episcopum designatum, senectute gratia  
 bellis constanter abnuuit. Quod veto consilium  
 perplexa, pugnantibus rationibus vtrinque, his  
 emulis pulcherrimis, suadentibus partitionem  
 ditatis liberis ante fata, prout constat anno sum  
 prodigi patre præstitisse; hinc, oraculis celeberrimis  
 & tot hominum obseruatione?

Ego sane non video qui soluatur nodus, nisi  
 etione insigni. Aut enim liberi sunt boni, aut  
 aut mediocres, i. penitus boni, nec omnino  
 Absolutè probis conuenit sententia prima, qua  
 itur consultum libetis permittere dispensationem  
 cultatum patriarum, vti dictum est. Omnia  
 respicit sacre scripturæ oraculum. De medijs  
 tiam mox nostram pronuntiabimus.

Itaque, operæ pretiū fuerit, ut parentes ante  
 distributionem explorent liberorum propensum  
 & indolem, & longo vsu eorum ingenia obseruent  
 probos, in parentes benè affectos, aptos & capaces  
 dispensationem sibi credendorum deprehendant  
 (quæ supponit supra posita opinio prima) eum  
 nes bonos præfatos credatur ipsis administratione  
 tis bonorum, maximè, si matrimonio iuncti, patri  
 cedant domo. Id obseruandum ne peruerterent  
 naturæ, inquit Albertus Magnus. Dicit Philo

Physicus, proles è corpore patrio eductas non sper-  
 nendas cum portione substantia eius in generatione;  
 adeoque non abfoluendos domo & cibo patrijs, ni  
 facultatum eius portionem decentem obtinuerint.  
 Nò expedit verò totum committere eorum arbitrio;  
 nec tào eù imperio, vt annoſi & imbecilli parètes co-  
 gantur penuriam pati sub vitæ terminu; sed conſultius,  
 aut ius potiſſimum in eas, aut non inſimã portione re-  
 ſeruent ſibi; vt ſi fortè liberorum prudentia deſineret  
 raudè in veſania; & prima illa pietas, propenſioq; in  
 parentes, conuerteterur in barbaram ingratitudein,  
 quod fieri poteſt: poſſint liberè & rurò parètes cõfuge-  
 re ad ea quę poſſident, nò interpellata ſobole: ne quo-  
 que libertas effuſa & authoritas nimia inſolentiores  
 efficiat. Et arbitret Dei Spiritum aliud non velle ſuo  
 oraculo, niſi vt reſeruetur portu ſiti occurrenti; id eſt,  
 vt parentes, ex dominis ſuãrum facultatũ, omne ius  
 ſuum in eas ablegando proſus, nò ſiant ſerui proliũ,  
*mendicũ filiorũ,* ait quidã. Quis enim credat Deũ præ-  
 pedire & ſuſpẽdere hæcenus nominatos effectus bo-  
 nos, æqua hac, quam ad ſerimus, indulgẽtia? Aut con-  
 currete ad allegata inconuenientia, quæ vt plurimũ  
 eueniunt nimia tenacitate parentum? Tẽperat porrò  
 Deus oraculũ ea ratione, vt parentes non inueniãtur,  
*in parũ nudis,* quo tempore alieno magis egent auxi-  
 lio. Ac vtinam ſenex noſter hocce oraculum obſerua-  
 tione diligentiori attendiſſet.

Quin. de-  
 clam. 5.

Si verò dum ſedulo explorationi liberorũ inſiſtunt,  
 obſeruarint parentes ex motu ſubito, & acri, quãdam  
 animi febrẽ, & diſtemperamentum affectus; amorẽ  
 filialẽ non iunctum prudentiæ; ſeq; probabiliter emẽ-  
 dicaturos à filijs, ac forte duram paſſuros repulſam  
 (quod narrat Quintilianus contigiſſe) vnde ſibi ſup-  
 peteret anſa euellendi comas, & cum Deo pariter quẽ-  
 rendi:

*Iſa. 1. Filios enutriui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt  
 me.*  
*Deut. 32. Incaſſatus eſt dilectus & recalcitrauit: incaſ-  
 ſatus, impinguitus, dilatatus: Dereliquit Deum factorem  
 ſuum,*

suam, & recessit à Deo salutaris suo. tū videat, ne  
tiam suā transferat, teneant, lequanturq; rigore  
nis Ecclesiastici; ad extremū vīq; spiritū non  
quæ possidēt, *Ne forē poeniteat, & deprecatur*  
Opinionē vulgi amplectatur, nec admoueat  
quod manibus premunt: non deponant ad  
iusmodi nefarioū, sed *ad pedes Apostolorum*,  
filiorū, quos decet inscribi hæredes: nec, n. im-  
tur Apostolos illi de quib. fertur, quod, *Dis-  
singulis prout cuique opus erat. Nō assignarent*  
ti, quantum opus habet. *Melius est vi filij tui*  
Eccli. 33. *quā te respicere in manus filiorum tuorū.* Nō  
si istiusmodi liberorū incessat animū libido per-  
di exteras regiones, excusso patriæ ferulq; iugo  
re dimitti ceu scorpiones, reliquā infectaros  
instructos honoratio, siue necessarijs aditer,  
possint sibi honestē, prouidere vbi peruenierint  
ter instituerunt.

Nō legistis Abraham ad instantiā vxoris Sar-  
cisse iure domo sua filiū Ismael (quanquā ego  
ctantēq; animo) derisorē molestum? Dicit enim  
brai quidam; Cum faceret Abraham magnā  
uiū, omnesque congratularentur q̄ Dominus  
cture dedisset illi Isaac, filium ancillæ derisive  
fannasse illos, idque Sarā marito indicasse  
cordia motum intruxisse matrem necessarijs  
tam sibi quam puero? *Surrexit Abraham man-  
lens panē & utrē aquæ imposuit scapula eius, trahē-  
puerum, & dimisit eam.* Ita suaderem parenti-  
gere cum liberis, quandoquidem nec possibile  
bonum sit cohibere eos in domo patriæ; ne  
cera trahatur, vt ait quidam. Nec est cur totius  
parentis animus, si consideret consultum eue-  
duos & sentes. quo gramina vberius capiāt ali-  
à terra, nec suffocentur ab illis. In simili causa  
cet parentes maiorē pietatē quā Rhacocem  
Mardum, qui ipse natū Cartomē ex septē natu-  
re adduxit in iudiciū, accusauitq; effrontis  
& insolentiarum. Rogatus autem à Rege Per-

Gen. 21.

Ouid. 1.  
Metam.Rhaco-  
nes bis  
nomina-  
tur apud  
Alianū,  
non Rha-  
coces;

Attaxerxe, supplicij nati num spectator esset futurus; quidni, ait, intrepide. Rescindente a lactucis agrestia & superflua folia, absit ut lactuca parens doleat, quin vegetior affurgit, & suavior euadit: ita, inquit, ô Rex, ubi video familiæ meæ perturbatorem, & vitæ fratrum scandalum perire, ac ne deinceps noceat, è medio tolli, illustrior ero; beatorq; euadet familia mea.

Neutiquam; non ferat molestius parens migrantē Ismael; ex quo nō conducatur Isaacis communis cohabitatio; ex quo Iacob haud benè cum Esau esse possit. Deinde persuasum habeat genitor probabiliter, ærumnis, labore, inopia ad saniores mentem rediturum; quod & in prodigo videbitur.

Ad mediocriter bonos, media vteret (dico) æquitate, non parcens necessarijs, licitis, honestis, quod mansuetudinis & comitatis illyrio inescarētur: nec admitterem ad dispensationem rerum, ne licentia nimia effunderentur magis. En iudicium meum.

Itaque, optime ex parte genitor. Errauit etenim, quod ingenium eius non explorarit, propensionem non obseruarit; an scilicet idoneus esset dispensandæ hereditati; an mitis & pius in parentem.

Quintil. declamat. *5 Ego verò tunc, dixisset, non morer liberorum, mentesq; tractauit?* Errauit, cum medicis qui constituunt Recipe priusquam explorati sint arteriæ pullum, & vrinale consuluerint; ægri constitutione omnino inquisierint: errauit, quis dubitet? Quam verò indolis optimæ nato, non debuerat omnē hereditatem concedere, se omnibus soluto, ac in *puris & nudis* relicto. Atq; ad normam nostrorū canonum, omne ius à se abdicasse transferendum in filium non debuerat; nec ei tā prolixum texere funē, quo se cæno & profundo omnium scelerū immergeret. Inconsultè fecit satis desiderijs effusis adolescentis dissoluti, & importuna instantia victus petitis annuit: asperis verbis, asperioribus flagellis excipiendus erat hereditatē subire auens superstitie parte, præter omnē rationē, & æquitatē, & possidere id in quo ius nullū instituere poterat; quis iguoret? Hinc est enim quod leges caveant

testa

*Alianus  
lib. 1. var.  
hist. c. ult.  
de hoc  
Rhacoc.*

*Vi. Cause.* testamentum filijs facere; furtique haberetur  
*sur. C.* scijs, aut inuitis parentibus quicquam usurpate  
*Qui testā.* verisimiliter præsumeretur parentibus non  
*facere pos.* re.) Peccauit certe; nā apertis signis probetur  
*sin. L. Se* cens pietatem & amorem in parentes debere  
*nū quidē* Castigandus potius fuerat, & mōre ex hoc  
*& filius.* dus, quam liber dimittendus; vnde causam huius  
 posterum acriores experiendi dolores, ob res  
 tosiore: aptius pecuniam applicasset emendandis  
 & virgis, quibus domaret ferocem, & ad modicam  
 gem reduceret. Consultius præceptorem cogitandi  
 ciuienti mercede conduxisset. *Stultitia colligitur*

*Prōm. 29.* corde pueri, & virga disciplina fugabit eam. Item  
 atque correctio tribuit sapientiam. ait Salomon.

*Tarent. in* Plato de Legib. dial. 7. Puerum esse omni  
*Phor. Ari.* tractabiliorem, atque omnium bestiarū & in  
*3 moral.* mā, & petulantissimam ait; itaq; multis esse fr  
*Pind. Ol.* ciendam. Eheu! *Quod factum est, infectum fieri*  
*hymno 2.* ait quidam.

Verum in hac sua imprudentia, bonitatis  
 cimen exhibuit parēs: quin in eius insipientia  
 la deprehēditur prudentia, in eo quod simacian  
 suum peruertentem domo dimiserit: anguem  
 tum, scorpionem domesticum, a quo virus  
 one tollere potuerat, elabi passus est, ne forte  
 vniuersam inficeret familiā. Ac vtinam solus  
 casset pater, nec multos sequaces, imo præcūsa  
 beret! O Deus, quot genitores præmaritē, ne  
 contingat, eiusmodi prodigis laqueum injiciat  
 quo demum in crucem agantur; nummos & al  
 concedendo, quos non ignorant in chartas, ale  
 osque sortis ludos, in cauponas, qui non dicunt  
 naria, consumi! O genitores! vt satius foret  
 tatem proli a vobis exulasse, quam ferre, vt  
 licentia ducant dies liberos! Quam eis omniū  
 rum fomitem. aurum & argentum subministrat  
 orum manibus ensē & caputrum committent  
 sese ipsi perimant, quos nostis a mente alienos  
 bundos! O crudelem misericordiam! & immittit

mentiam! vt enim ſauitia pia datur, ſic & pietas ſæua. Meminiſtis verborum ſanctorum Patrum Hieronymi & Bernardi: Legiſtis ni faller, qui ſcripta Patrum volu- nitis; vbi agunt de pia ferocitate, & feroci pietate.

D. Hieronymus epi. ad Heliodorum: *Per calcatum prege patrem ſecis oculis ad vexillum crucis euola; vnum pietatis genus eſt hac in re eſſe crudelem, ſi ſcilicet, paren- tes reuocantes filios à via ſalutis contemnuntur.*

D. Bernardus apol. ad Guhilmum Abbatem: *Talis D. Bern. miſericordia crudelitate plena eſt, qua videlicet ita corpo- vocat ali- vi ſeruitur vt anima inguletur Non legis Chriſtum de bi Adamū immoderato hominum amore in ſeipſos diſſerentem, pernicioſè vocitaffe perditionis cauſam; ac ſi dixiſſet amorem & miſericor- de, & per- pietatem crudelem.*

Math. 16 *Qui voluerit animam ſuam ſaluam facere, nicioſè perdet eam* Contemptum ſui ve: d. dicit animæ custo- crudelè. diam, ac ſi nobiſcum piam crudelitatem adſtrueret. Luca 9.

*Qui odit animam ſuam in hoc mundo, in vitam æternā* Ioan. 12. *cuſtodit eam.* Parentes igitur illi nō erūt cenſendi im- mitè miſericordes, qui vt filios æternum perdant, lar- giuntur iſtis, quicquid eorum effuſa libido ſtultè ex- poſcit? Qui correptione & animaduerſione emenda- tos nolunt?

Prou. 13 *Qui parcit virga odit filium ſuum; qui autem diligit illam iſtantiè erudit.* Alius Interpres, *maturo diſciplinam adhibet.*

Ac grume diligeret medicus, qui cauterio, noua- culæ, pulueri neceſſarijs parceret, & aut petire, aut cicatrice deformi, aſpera obduci pateretur ſtruma vulnus, ſubtrahendo rigores illos mites & miſericor- des: vos iſti iudicate. Dum hæc animo diſcutieris, reſpire aliquātulum per vos licebit, quo actius im- petam nimiam indulgentiam quorundam paren- tum: ſiquidem ſummis viribus obſideri & expugnari digna eſt. Itē in pace.